Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dñe quis credidit auditui nro. Et brachium dñi
cui revelatum est. Et ascendet sicut virgultum
coram eo et sicut radix de tra sitienti no e ei spes
neq decor. Et vidimus eum et non erat aspect
et desideramus eum despectum et novissimum
virorum virum dolorum et sciente infirmitate et quasi
abscondit vult eius et despectus. Vnde nec reputa
vimus eum. Vere languores nros ipse tulit
et dolores nros ipse portavit. Et nos putavimus
eum qui leprosum et percussum ado et humiliatum
Ipse autem vulneratus est pter iniquitates nras
attritus est pter scelera nra Disciplina pacis nre
super eum et livore eius sanati sumus. Omnes
nos sicut oves erravimus unusquisque in via sua
declinavit et dominus posuit in eo iniquitates
omnium nrm Oblatus est quia ipse voluit et
non aperuit os suum Sicut ovis ad occisionem
ductus et quasi agnus coram tondente se ob
mutescet et non aperiet os suum De angustia et
de iudicio sublatus est Generationem eius quis
enarrabit. Quia abscisus de tra viventium
Pter scelus populi mei percussi eum Et dabit impios
pro sepultura et divitem pro morte sua eo qd ini
quitatem no fecit nec fuit dolus in ore eius.